

Phil. loco etiam per triduum post reorum
Nicolai recessum. Tunc quidam nobiles reverentia
1277, ducti tantum duci suaserunt, quod
papa episcopus cum aliis captivis liberati
post fuerunt. Mox dum liberatus fuit ad
inter terram Romanam ivit, et redeundo magnam
episco. gentem secum duxit, quorum plures unacum
episcopo vindicare cupientes mortem ami-
corum et cognatorum suorum per incendium
consumptorum se ad bellum preparaverunt.
l. epis. Quos dux spernens et vilipendens venit
1265 contra eos prope Waremsberch, ubi
tur. maxima sanguinis effusio est facta,
us et dux cum magna difficultate evasit,
ie sicque episcopus triumphavit. Et post
um triumphum cum suis ad terram Roma-
sine nam rediit; anno vero 6. sui regiminis
o in patria sua obiit, Romana sede va-
cum cante post mortem Clementis pape VIII,
in imperio vacante post Fredericum secun-
it. dum.

Laurencius LXVIII.^{us}

ecum Post decessum domini Wilhelmi anno
duca. Domini 1271 magister Laurencius pro-
uerens thonotarius domini pape in episcopum
1. cum Melensem preficitur, in ordine 64., qui
pro. etiam per aliquod tempus ecclesie Tre-
sue. verensis extitit gubernator. Hic Bussom-
otuit, curiam villam muro cingere incepit, sed
lecture dimisso opere non perfecit. Istum comes
ulit Theobaldus de Bara anno Domini 1276
um requisivit, ut de quodam debito per
omni litteras suas debito et recognito sibi
satisfaceret. Hoc episcopus per aliquod

1/ e. corr.